



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 73. Ordo Velleris aurei institutus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. byter ad calcem libri sui de poenitentia
A. C. 1429. annexuit. Allatius adhuc alia hujus Au-
 toris opera indicat, quæ inter Manuscri-
 pta Vaticana exstant; scripsit etiam li-
 brum de Sacerdotio ad quemdam Mona-
 chum; octoginta quinque responsones
 ad quæstiones Gabrielis de Pentapola;
 Explicationem Symboli, aliam Symboli
 expositionem, in qua horum Articulorum
 fontes & adversus quosnam hæreticos
 scripti fuerint, exponit, item duodecim ar-
 ticulos, qui totam summam credendorum
 complectuntur, denique tractatum contra
 innovationes Latinorum.

§. LXXIII.

Institutio Ordinis Velleris aurei.

Bellefor. l. 5. Postquam Burgundiae Dux Parisiis dä-
 c. 90. scesserat, in Belgium redditurus, die
 decima Januarii ejusdem anni Brugis in
 Flandria secundis nuptiis sibi Isabellam
 Joannis I. Lusitaniæ Regis Filiam copu-
 lavit; Hic, ut celebriorem conjugii sui
 diem redderet, eadem occasione ordinem
 Equitum Velleris aurei instituit, qui postea
 in Austriæ Archiduces, & Hispaniæ Reges
 translatus est. A principio Ordo iste nu-
 meravit viginti quatuor duntaxat Equi-
 tes, eosque Nobilitate ac morum integri-
 tate clarissimos; postmodum vero Bur-
 gundus horum numerum ad unum supra
 trigin-

triginta auxit, sanxitque, ut deinceps tam ^{secul.} XV.
ipse, quam Successores sui semper ejusdem A. C. 1429.
Rectores, & magni Magistri forent. Ipse
Hispaniarum Rex utpote Burgundicæ Do-
mus hæres, nostra adhuc ætate hujus
Ordinis caput esse, magno sibi dicit ho-
nori, eumque non minus merito & digni-
tate Equitum, quam paucitate eorum,
quos hoc honore dignatur, spectabilem
reddit, ac perpetuo illius splendorem con-
servat.

§. LXXIV.

Compendium a Burgundionibus, An- glisque obseffum.

Interea vero Burgundicæ Dux arma, quæ ^{Joan.} Char-
in Galliæ Regem moverat, nusquam ter ^{Hift.}
posuit, sed cum Anglis, aliisque sibi fœ- ^{Caroli VII.}
deratis, copiisque validissimis Compen-
dium, Picardiæ urbem, obsidione cinxit.
Virgo Aurelianensis cognito Burgundio-
num, atque Anglorum insultu maxima,
qua potuit, celeritate Latiniaco movit, &
qua vi, qua arte viam sibi ad urbem ape-
ruit, ut eam ipsa tueri posset. Postera
etiam die vigesima quarta Maji eruptio-
nem fecit in oppugnantes; Civibus ta-
men in fugam actis, cæsisque Puel-
la quoque, utpote nonnisi inter postre-
mos ex acie pedem referre solita, a
quodam equite ex legione Joannis Lu-
cemburgi capitur, qui illam suo militum

Q q 3

Tri-